



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

Liber Primvs. Graue est peccatum mortale, si eius ratio habeatur in quem
illud admittitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

i.
DE INFINI-
TA GRAVITATE
PECCATI MOR-
TALIS.

LIBER PRIMVS.

Graue est peccatū mortale,
si eius habeatur ratio, in
quem illud admittitur.

CAPVT I.

*Deus ter Opt. Max. peccato mortali
offenditur.*

Ille, eheu, quem esse
natura clamat, ratio
demonstrat, fides an-
nunciat, beatus videt, & cuius
essentia suum est esse, magnusq; *Exo. 3. 14.*
adeo sine fine Dominus, & lau- *Pf. 144. 3.*
dabilis nimis, excelsior scilicet
cælo, profundior inferno, lon-
gior

B

gior

gior terrâ, latior mari, immensus
 omnino & incōprehensus, om-
 nia comprehendens. Ille, qui
Mat. 19. 17 vnus & solus summēque bonus
Exo. 33. 19. est, & prima bonitas, quâ alia
 omnia bona sunt, & sine ipso ne-
 mini ipsum deserenti benè est,
 Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus
 omnipotens, qui erat, & qui est,
Apoc. 4. 8. & qui venturus est. Ille qui vbiq;
Isaer. 23. 24 præsens est, cœlumq; & terram
 implet, essentiâ à nulla omnino
 re, & locō absens, intra omnia
 non inclusus, extra omnia non
 exclusus, supra omnia, quia re-
 git, infra omnia, quia sustinet,
 extra omnia, quia circumdat,
 intra omnia, quia penetrat; præ-
 sentiâ omnia, quæ vel hæctenus
 fuerunt, vel sunt, vel in posterū
 futura sunt, contemplans. Ille,
Isa. 1. 27. apud quē non est transmutatio,
 nec vicissitudinis obumbratio,
 quiq; immotus stabilisq; manēs
 dat

dat cuncta moueri; qui quærit
cum nihil illi desit, amat nec
æstuat, zelat, & securus est, pœ-
nitet illum, & non dolet, iras-
citur & tranquillus est, opera
mutat, nec consilium; recipit
quod inuenit, & nunquam
amisit: nunquam inops, &
gaudet lucris, nunquam auarus
& vsuras exigit, supererogatur
tibi vt debeas, & quis habet quic-
quam non suum? Ille, qui nec
initio aperitur, nec fine claudi-
tur, æternus semper existens,
æternitas potius ipsa, hoc est,
interminabilis vitæ tota simul *Eccli. 18. 14.*
& perfecta possessio. Ille, qui
infinita intelligendi vi, immen-
saque sapientia præditus se com-
prehendit, aliaque omnia, vt
peruigil & pellucidus oculus
cernit, nilque illum toto quod
fit in orbe lateret, numerans

B 2 multi-

Colof. 2. 3.

multitudinem stellarum, omnibusque eis nomina vocans, arenam maris, & pluviæ guttas, &c. Deus qui totus oculus est. Ille, qui verus est, & verò veritas ipsa, quæ nec per se, nec per aliū vel fallere, vel falli potest; vita item ipsa in se, & fons vitæ in alijs, voluntate amoréque libero prædita, qui ad demerendum hominem ea excogitavit, & fecit, quæ solus diuinus amor inuenire potuit, solus exhibere. Ille, qui iustus simul & misericors est, sic, vt misericordia iustitiam non excludat, nec misericordiam impediatur iustitia, etsi magis semper misericordia resplendeat. Ille, qui architectus rerum omnium & author est, totique orbi dominans, cuncta in suos fines ordinat potentia ea, qua sine natura nulla subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit; cuius est magni-

magnificentia, gloria, laus atq;
victoria, ad quem omnes spe- *1. Tim. 6.*
ctat thesauri, quia eius solius im- *16.*
perium & magnitudo, rex regū,
& dominus dominātium, solus
rex seculorum inuisibilis & im- *Dan. 7. 10*
mortalis est, cui millia millium
ministrant, & decies millies cen-
tena millia assistunt; in cuius
conspectu columnę cœli contre-
miscunt, & pauent ad nutum e-
ius. Ille tandem, qui beatus, &
verò beatitudo ipsa est, & à quo
veluti fonte vberrimo & peren-
ni in mentes beatas & mortales
ipsa emanat. Et hic tantus tamq;
magnus DEVS ac Dominus pec-
cato mortali offenditur? Obstu-
pescite cœli, & portæ eius deso-
lamini vehementer, dicit Domi-
nus.

CAPVT II.

*Deus, ut benefactor noster, cui similis
nemo, peccato mortali offenditur.*

*Serm. 2.
de Nativ.
Christi.
Rom. 9. 23.*

VT DEVS, cuius natura,
quemadmodum S. Leo ait,
bonitas, & opus misericordia est, di-
uitias gloriæ suæ, modo aliquo
cum alijs communicaret, præ-
ter mentes beatas, hominem,
quem ab æterno perpetua cha-
ritate dilexit, post ceteras creatu-
ras omnes, quas præstantia ille &
dignitate, vt pote earum Do-
minus, longissimo interuallo
superat, in tempore, quo ei
placuit, ex nihilo, cum æter-
num nihil fuisset, benignè & li-
beraliter, absque vlllo illius me-
rito, vel suiipsius necessitate,
seu vtilitate, potentiâ suâ nul-
lis circumscripta terminis, in
lucem produxit, ipsum sibi
donavit, suæque diuinitatis ca-
pacem fecit. Sic conditum a-
lit, fouet, tuetur & conseruat,
manuque comprehensum te-
nens, verbo virtutis suæ por-
tat,

eat, ne in id, quod minus adhuc
est quam figmentum & som-
nium, hoc est, in nihil, unde
principium duxit, recidat, id-
que intenta, sollicita singu-
larique cura. Id quod D. Au- *Solsl. c. 24.*
gustinus de se loquens, his
verbis indicat: Itaque totus
tu in toto tempore, sine tempore,
solum me simul semperque consi-
deras, ac si nihil aliud considera-
re habeas. Sic igitur super custo-
diam meam stas, sicut si omnium
oblitus sis, & mihi soli intende-
re velis. Semper quippe te presen-
tem exhibes, semper te paratum
offers, si me paratum inuenis. Quo-
cunque iero, tu me, DOMINE,
non deseris, nisi prior ego te dese-
ram. Ubique fuero non rece-
dis, quoniam ubique es, & quo-
cunque iero, inueniam te, per quem
esse possim, ne peream sine te, cum sine
te esse

- Hom. 13. in c. 4. Act.* te esse non possim. In eum etiam finem D. Chrysofomo authore, cælum extendit Deus, solem accendit, terram fundavit, maria fudit, aëra pãdit, & Luna disposuit cursus. Quomodo
- Sap. 11. 36.* enĩ aliãs, inquit Salomõ, posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruatur?
- Ps. 35. 7. 135. 25. 146. 8.* Is est cui cura est de vobis; qui homines & iumenta saluat; qui dat escam omni carni, ad usum hominis; qui produxit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, rigans montes de superioribus suis, de fructu operũ suorum, terram satians;
- Luc. 12. 7.* is denique, cui omnes capilli capitis numerati sunt; & qui regit me, & nihil mihi deerit. Conseruatum hominem in filium adoptat. Non
- Rom. 8. 15.* enim accepistis, ait Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum
- Ser. 6. Na. 819.* in quo clamamus, Abba pater. Quare sic S. Leo Papa: Magnum est dilectis-

dilectissimi huius muneris Sacramen-
tum, & omnia dona excedit hoc donū,
vt Deus hominem vocet filium, &
homo Deum nominet Patrem &c. Do-
tatum tandem, prouidentia suā
regit & gubernat Deus, hoc est,
per certa & accomodata media,
cum ad æternā in cœlis felicita-
tem capessendam effert, statum
bonorum omnium aggregatio-
ne perfectum, & commodorum
omnium sufficientiam. De qua
Dei magnificentia in hominem, s.
paruus, vel nullus veri⁹ ego, plu-
ribus, breuitate mihi in omnibus
proposita, non agam; hæc ipsa,
quæ in medium sic protuli, pec-
cati mortalis summam peruersi-
tatem, & execrandam impieta-
tem, ad horrorē, ad abominatio-
nem, ad fugam ostendunt.

CAPVT III.

Peccator ideo Deum offendit, quia ab
eo se auertit.

B § De

Boet. l. de
Simil. c. 14.
Ansel. l. 13.
de Trin. c.

- Hier.* 2. 3. **D**E iniuria hac queritur ipse-
met **D E V S**, apud Prophe-
tam his verbis : *Quid inuenerunt*
patres vestri in me iniquitatis, quia
elongauerunt à me, & ambulauere-
runt post vanitatem, & vani facti
sunt? & : Verterunt ad me tergum,
& non faciem. Id quod in fi-
gura **D E V S** olim prohibuit a-
Ez. 46. 9. pud Ezechielem, cum præcepit,
nullus vt ea porta templum e-
grederetur, quia ingressus illud
fuit, ne tergum scilicet propi-
tatorio obuenteretur, in quo **D e-**
Hier. 2. 27. **u s** erat. Et : *Quid vultis mecum*
iudicio contendere? omnes dereliqui-
stis me, dicit Dominus. Et : *Nun-*
quid solitudo factus sum Israeli? aut
terra serotina? quare ergo dixit po-
pulus meus: recessimus, non veni-
emus ultra ad te? Et : Duo mala
fecit populus meus; me dereliquerunt
fontem aqua viua, & foderunt sibi
cisternas, cisternas dissipatas, quæ con-
tinere

tinere non valent aquas. Eandem
 auersionem indicat & illud: Ini-
 quitates diuiserunt inter vos & De-
 um vestrum, & peccata vestra ab-
 sconderunt faciem eius à vobis, ne ex-
 audiret. D. Aug. Peccata, inquit, *Lib. 1. de*
 omnia hoc uno genere continentur, *lib. arb. c.*
 cum quisquis aueritur à diuinis, ve- *16.*
 reque manentibus, & ad mirabilia
 & incerta conuertitur. D. Greg. *In 7. ps.*
 Mag. ei accinit: Hæc mors peccati *par.*
 est, ait, quæ animam meam à Deo
 separat. D. Thom. quoque do- *1. 2. q. 87.*
 cet, in quouis peccato mortali *art. 4.*
 duo reperiri, auersionem à Deo,
 & conuersionem ad creaturas,
 ab incómutabili videlicet bono,
 ad commutabile, & ab infinito
 ad finitum. Impunè ne verò pec-
 cator se à Deo auerit, eumque de-
 ferit? Minime: & Deus se ab illo
 auerit, eumque deserit, quod
 quàm malum sit & amarum docet
 scriptura: bibit enim aquam turbidam *Hier. 2. 19.*

- Gen. 1. 16.* manibusq; & verbis mortem accersit,
 estimans illam amicam. Iratus o-
Num. 12. lim Aarone Deus, & Mariæ Soro-
 19. ri, abiit, nubes quoque recessit, quæ
 erat super tabernaculum, & ecce Ma-
 ria apparuit candens lepra quasi nix.
Isa. 33. 3. Non ascendam, ait idē Deus, tecum,
 quia populus dura cervicis es, ne for-
 tē disperdam te in via, audiensq; po-
 pulus sermonem hunc pessimum, luxit,
 & nullus ex more indutus est cultu
 suo. Summum certē malum id est
 & suppliciū, vt indicat his ver-
Os. 9. 12 bis Oseas: *va eis cum recessero ab il-*
 lis. Item Esaias, cū sic scribit:
sap. 1. 8. Derelinquetur filia Sion, vt umbracu-
 lum in vinea, & sicut tugurium in
 cucumerario, & sicut ciuitas, quæ
Gen. 19. 26. vastatur. Quia Lothi vxor contra
 Dei mandatum post tergum re-
 spexit, in statuam salis conuersa
 est, vt peccatori foret monumē-
 tum, ne seriō iudicatoq; viam
 Domini ingressus, retro vnquā
 ad

ad peccatum scilicet respiceret,
alieno malo doctus.

CAPVT IV.

*Peccator propterea Deum offendit, quia
se ab eo, ut Legislatores est,
auertit.*

HOc est, quia diuinis legibus
atque præceptionibus, quæ
admodum par est, barbaro cõteptu
non paret, ei; obedire renuit. Id
quod est crimen læsæ maiestatis
diuinæ. Ita verò rem se habere
ostendunt sequentia diuinarum
litterarum testimonia. *Auerterunt psal. 77. 17*
se, ait David, & non seruauerunt
pactum, mandata scilicet diuina.
Clarius id à Daniele dicitur: *Pec-* *Dan. 9. 8.*
cauimus, inquit, iniquitatem feci-
mus, impiè egimus, & recessimus,
& declinauimus à mandatis tuis ac
iudicijs. Et Zacharias: Noluerunt cap. 7. 11
attendere (ad legem Dei) & aduer-
B 7 *serunt*

verunt scapulam recedentem, & au-
res suas, aggravauerunt ne audirent,
& cor suum posuerunt ut adaman-
tem, ne audirent legem, & verba,
qua misit Dominus exercituum in
spiritu sancto, per manum Prophe-
tarum priorum, & facta est indi-
gnatio magna à Domino exercituum. Et

cap. 2. 20. Hieremias: *A seculo confregisti iu-
gum meum, rupisti vincula mea,
& dixisti non seruiam; in omni e-
nim colle sublimi, & sub omni lig-
no frondoso tu prosternebaris mere-
rix.* Confirmant idem vno &
cōmuni sensu Patres Orthodo-

Lib. 22. cō. xi. D. Augustinus quidem hoc
Fau. c. 27. ipso, quo peccatum sic descri-
bit: *Dictum, vel factum, vel concu-
pitum contra legem aeternam.* Et:

Lib. de u. 19. 9. 2. peccatum est legis transgressio: quam
Ep. 1. c. 3. 4. descriptionem totidem verbis
ponit D. Ioan. peccatum est iniqui-
tas; est enim iniquitas exorbita-
tio quaedam ab æquo & recto,
quod

quod per legem præscribitur. D.
Ambros. Peccatum est diuina legis
transgressio, ac cælestium inobedientiæ
mandatorum. Vult ergo peccator,
quia se à Deo legislatore auertit,
liber esse & Dominus, iuxta illud
regij vatis: *Dixerunt (impij) linguã ps. 11. 8.*
nostrã magnificabimus, labia nostra à
nobis sunt, quis Dominus noster? Et in
persona Moab dicitur: *audiuimus Es. 16. 6.*
superbiã Moab, superbus est valde, su-
perbia eius, & arrogantia eius & in-
dignatio eius, plusquam fortitudo eius.
Idcirco ululabit Moab ad Moab, uni-
uersus ululabit his qui latantur super
muros coeli lateris, loquimini plagas
suas. Et illud Iob: *Vir vanus in su- c. 11. 19.*
perbiam erigitur, & quasi pullum
onagri liberum se natum putat; vs
vacca lasciuens, quemadmodum
Oseas loquitur, declinat; vt aspis c. 4. 16.
surda, iuxta Dauidem, aures suas ad ps. 57. 8.
vocẽ incantatoris obdurat. Vt animę
suę cõcupiscentias eius præstet,
obe-

obedientiam Deo debitam abij-
cit; vt legibus suis, quæ sensu &
carne, non ratione & spiritu de-
finitur vivere, possit, legi diuinæ
authoritatem detrahit; vt quod
libet liceat, præcepta Dei pessun-
dat. O peruersitatem! O cæcum
mentis errorem transuersim a-
ctum! Misit Deus filium suum fac-
tum sub lege, vt D. Paulus ait, & ipse
non venit eam soluere, sed adimplere; &
verò adimpleuit quoque, ad mortem
vsque patri obediens factus. Diuini
spiritus faciunt verbum Dei, audiunt-
que vocem sermonum eius. Creaturæ
ceteræ omnes ab homine ad nu-
tum Deo parent. Iubetur altare
scissum effundat cinerem, scissum
est, cineremque effudit. Iubetur
ignis Babylonicus pueros non
tangere, & non tetigit eos omni-
no, neq; contristauit, nec quid-
quam molestiæ intulit. Terra
Dei iussu magno hiatus disrupta
est,

Gal. 4. 4.
Mat. 5. 17.

Phil. 2. 8.

3. Reg. 13. 5.

Dan. 3. 10.
Num. 16. 31

est, & rebelles ac refractarios ab-
 sorbuit. Petra, eiusdem præcep-
 to, virga percussa, non ignem, sed
 aquam dedit. Danieli leones de
 voluntate Dei nõ nocuerunt. Et
 homo Deo non obedit. Ei me-
 rito illud Esaiaë dicitur: *Erubes-*
ce Sidon, ait mare; quam ob cau-
sam? quia ego obedio creatori,
tu non obedis. O mentis per-
uersam caliginem!

Num. 20.

11.

Es. 6. 88.

CAPVT V.

Peccator Deum offendit, quia ad crea-
turas peruersè se conuertit.

HAud difficile erit id ex scrip-
 turis confirmare, illis præci-
 puè, quibus monetur peccator
 ad Deum reuerti. *Conuertere ad*
Dominum, ait Ecclesiasticus, &
relinque peccata tua, precare ante fa-
ciem Domini, & minue offendicula.
Et: Reuertere ad Dominum, & auer-
sere ab iniustitia tua, & nimis odito
execra-

cap. 17. 22.

11. 23.

cap. 38. 6. execrationem. Conuertimini, ait E-
 saias, sicut in profundum recessera-
 e. 12. tis filij Israel. Et Ioel: Conuertimini
 ad me in toto corde vestro, in
 ieiunio, & in fletu, & in planctu.
 Consentiant Orthodoxi Pa-
 tres, cum peccatum, à DEO
 auersionem, & ad creaturas
 conuersionem, malam scilicet,
 definiunt. O experientia idem
 quotidiana, pro nefas, nimum
 quantum testatur. An e-
 nim impius creaturis malè
 non inhærescit? an non humili-
 iacet? humili autem? humo te-
 gitur & cum talpis, oculis cap-
 tus, cubilia fodit. Plus dico:
 Dan. 4. 30. totus terra est, & cum Nabu-
 chodonosore bouis in morem,
 fœnum comedit. Cantharidum
 Thr. 4. 5. instar in sordibus & luto fœcis
 versatur, & cum croceis nutri-
 ri posset, stercora amplectitur.
 Quid? illius umbram coram o-
 culis

eulis habet, illamque vt ap-
 prehendam, insequitur. Væ au-
 tem eis qui vmbra sic loquū-
 tur; eum enim & vmbra regio-
 nis mortis, nisi ad cor redeat
 & mentem, certò certius seque-
 tur. Vmbra porro non quam-
 uis, sed vanam persequitur.
Ambulauerunt, inquit Propheta, Hier. 2. 5.
post vanitatem, & vani facti sunt;
 Vanum autem id appellatur, cui
 nihil subest, nisi mendacium. *Filij*
hominū, ait Propheta regius, vsq; ps. 4. 1.
quo graui corde, vt quid diligitis vani-
tate, & queritis mendaciū? De impi-
is dicit Oseas quoque, quod co- 10. 13.
medant fruges mendacy. Vbi nos
 legimus: viam iniquitatis amo- *ps. 112. 29.*
 ue à me, lectio alia habet: viam
 falsitatis vel mendacij, quia vo-
 luptates, opes, honores, & cæte-
 ra de genere eodem bona, ve-
 rè bona non sunt, sed sophisti-
 ca, sed falsa, sed inania, &
 men-

ps. 26. 12.

mendacia ; mentitur enim iniquitas sibi.

CAPVT VI.

Peccator offendit Deum, quia à creaturis leges accipit.

Vesanus peccator proiecta impudentia cæcus, ad creaturas, peruerso earum vsu, conuertit, earumque leges obuijs, vt dicitur, vlnis acceptat, ijsq; actiones & studia sua cõformat. Eas his verbis complectitur Platus noster: *Paupertate nihil est miserius & contemptius, nihil beatius diuitijs ; curandum est corpus, voluptates omnes sunt exquirendæ ; pulcherrimũ est eminere inter alios, impetare, celebrari, versari in hominum ore ; si quis conuuiuium dixerit, verberè appetendum, si quid grauius fecerit vulnere.* De his legibus illud occurrit : *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua, quæ,*
iuxta

Lib. 1. de bono stat. Relig. c. 3.

ps. 118. 85.

ps. 18. 8.

iuxta regium vatem, immaculata
 est, conuertens animas, testimonium
 Domini fidele, sapientiam prestans
 paruulis; maximè illa, quã Chri-
 stus Dominus tradidit, cum do- *Mat. 5. 3.*
 cuit paupertatem esse beatam, *et 5. et 19.*
 beatosq; spiritu pauperes; beatum esse
 luctum; si quis unam maxillam per-
 cussit, prabendam alteram; abne-
 gandam voluntatem, amplectendam *Lu. 9. 23.*
 crucem, &c. Idq; non tam verbo,
 quàm exemplo; non habuit enim
 ubi caput suum reclinaret; tristis eius *Lu. 9. 58.*
 anima fuit usq; ad mortem, mortem *Mat. 26. 38*
 crucis; calamum quassatum, aut li- *Mat. 12. 20*
 num fumigans non fregit, diuinam
 voluntatem semper fecit, ita vt cibus
 eius fuerit facere voluntatem Patris in *Ioan. 4. 34*
 omnibus. Cum ergo impij leges
 cum sanctis & salutaribus Dei &
 Christi legibus, tota, vt aiunt,
 diametro pugnent, illasq; ille,
 his spretis, ambabus manibus
 complectatur, quam graue sit
 pec-

peccatum mortiferum elucescit.

Lu. 6. 24. Ex eo etiam, quod diuitibus *ua* præ-
Amos 6. 1. dixerit Christus Dominus, iisque qui
 pompaticè ingrediuntur in domum
 Israel, dormiunt in lectis eburneis,
 & lasciuunt in stratis suis, qui co-
 medunt agnum de grege, & vitu-
Prou. 23. 30 los de medio armenti; qui canunt ad
Lu. 6. 26. vocem Psalterij, qui student calici-
 bus epotandis, quibus homines bene-
 dicunt, & super ventum eleuant
Iob 30. 22. elidentes valide. Quid ergo? pec-
 catori ex animo, totoque cor-
 de opto, vt ad se rediens cum
Ps. 118. 33. Dauide votis ardentibus petat:
 Legem pone mihi Domine, viam iu-
 stificationum tuarum, & exquiram
 eam semper; seruandis enim su-
 is legibus, pro gemmato virtu-
 tum torque, asinariam in collo
 feret molam, quæ eum in pro-
 fundum inferni de-
 merget.

CAPVT VII.

Peccator offendit Deum, quia se con-
uertit ad creaturam, ut ultimus
suum finem.

Indicat id Dominus noster,
cum sic apud Matthæum loqui- *Mat. 10. 37*
tur: Qui amat Patrem, aut matrem
plus quam me, non est me dignus; et
qui amat filium, aut filiam super me,
non est me dignus. Et apud D. Io- *Ioan. 12.*
annem. Ex principibus multi cre- *42.*
diderunt in eum, sed propter Phariseos
non confitebantur, ut e Synagoga
non eicerentur; dilexerunt enim glo-
riam hominum magis, quam glori-
am Dei. Quo ipso certè creatum
aliquid DEO anteposuerunt.
Eadem est ratio sententiæ D. *Ad coloss.*
Pauli, cum auaritiam simula- *3.*
rorum seruitutem esse asserit, quia
in ea scilicet ultimus finis con-
stituitur, sicut in idolo, ade-
oque auarus seruus diuiti-
arum.

*Ad Rust.
Mon.*

arum est, & idololatra. Aestima-
to malè pondere peccatorum, ait
D. Hieronymus, leuius alicui vi-
detur peccare auarus, quàm idololatra,
sed non mediocriter errat; non enim
gravius peccat, qui duo grana thuris
proicit super altare Mercurij, quàm
qui pecuniam auarè cupit, & inutili-
ter congregat. Ridiculum videtur, quod
aliquis iudicetur idololatra, qui duo
grana thuris offert creaturæ, quæ de-
buit Deo offerre, & ille non iudice-
tur idololatra, qui solum seruiciu[m]
vitæ, quod Deo debuit offerre, offert
creaturæ. Ex genere quidem suo gra-
uius est peccatum idololatriæ, sed ex
alijs multis circumstantijs scelus aua-
ritiæ potest esse grauius. Idem habet
Paulus in his verbis: Multiambu-
lant, quos saepe dicebam vobis (nunc
autem & flens dico) inimicos crucis
Christi, quorum finis interitus, quo-
rum Deus venter est, & gloria in con-
fusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

*Ad Phil. 3.
18.*

Ad

Ad quæ verba alludens Tertullianus: *Deus, inquit, tibi venter est, & pulmo templum, aqua liculus albare, Sacerdos coquus &c.* Qui ventri indulgent, hunc velut Deum colunt, gallinas, perdicesque illi immolant, pecunias, milléque ciborū genera illi offerunt; hunc vnum venerantur ac curant; at vir jeunij amans, non solum pro Deo ventrem non colit, verum nec clamorem eius audit; non illi venter, vt Deus, sed ille ventri vt seruo dominatur, iuxta illud Chrysostomi: *Ventrem, ait, accepisti, vt nutrias, non vt distendas; vt illi domineris, non vt ille dominium habeat, vt tibi in seruiat ad ceteras partes alendas, non vt illi in seruias.* D. Hieronymus in illud psalmi: *non erit in te Deus recens, sic etiam scribit. Cui Deus venter est, ei Deus recens est, quæcunque vitia habemus, & quæcunque peccata, tot recentes habemus;*

*Aduersum
Psc. c. 17*

*Serm. 13.
in Epis.*

80. 8.

C. bemus;

bemus Deos; iratus sum, ira mihi De-
 us est; vidi mulierem & concupiui, li-
 bido mihi Deus est; unusquisq; enim
 quod cupit, & venatur hoc illi Deus
 est. Orig. Unusquisq; quod praeteris
 colit, quod super omnia miratur, & di-
 ligat, hoc ei Deus est. Sua cuiq; Deus, ait
 Virg. fit dira cupido. Apud Euripi-
 dem Cyclops de se proficitur:
 Non vlla numina expauesco caelorum
 Sed victimas uni Deorum maximo
 Venti offero, Deos ignoro caeteros.
 Alius sic canit:

Ambitiosus honos, & opes, & blanda
 voluptas,

Hec tria pro trino numina mundus habet
 Apud Ethnicos variae res fictitiae
 diuinitati consecratae sunt, diique
 (dæmonia) plurimi fuerunt, &
 ad tria millia, & quod excurrit,
 ascenderunt; peccator tamen
 longius progrediens, creaturas
 omnes, quarum amore peruerso
 tenetur, Deos constituit, inna-
 meros

meros proinde, partiales tamen; se ipse namq; solum & vnicum in malo rerum creatarum amore, quē communiter ad se refert, Deum vltimumq; finē cōstituit. Dij porro gentium, dummodo ipsi adorarētur, solliciti paruarū fuerunt, soli vt essent, quidiuinis afficerentur honoribus, quin multorum variorumque societate gaudebant. At id Deus noster non fert, non patitur, sed in eos potiùs grauisimè seuerissimèq; animaduertit semper, qui sibi diuinum tribuerūt, vel in res creatas contulerunt. Luciferum *Ef. 14. 14.* enim, quia altissimo similis esse voluit, de cœlo in barathrum inferni deturbauit; parentes nostros primos, quia voluerunt esse vt Dij scientes bonum & malū *Gen. 3. 24.* è paradyso in hanc lachrymarū vallem, quæ exilij instar est, relegauit. Nabuchodonosorem re-

C 2 gem,

gem, quia deitatem affectavit, in
Dan. 4. bestiam, quadam ratione, muta-
 23. uit. Herodem auro & gemmis
Act. 12. 23. radiantem, Deique gloriam sibi
Exo. 32. 28. arrogantem, vermibus immissis
Ezech. 28; consumpsit. Vituli adoratores
 1. in ore gladij confecit. Tyri regē,
 quia cor suum eleuavit, & dixit
Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi
in corde maris, adducta super eum
 gente robustissima, è medio fun-
 ditus sustulit, Alios, quos silen-
 tio prætereo, rationibus varijs
2. Reg. 15. Orci flammis addixit, idq; meri-
 to; si enim Dauidi acerbum fuit,
 cum Absolonem filium regem se
 proclamasse cognouit; si Salo-
3. Reg. 1. mon Davidis filius indignè tu-
 lit, cum Adonias frater regnum
 affectavit, eumque propterea in
 templo occidit, an non partibus
 infinitis grauius feret Deus, no-
 men, & maiestatem suam ad crea-
Esa. 48. 12. turam deferri? *Ego,* ait, *primus &*
 11. *noviss.*

nouissimus: ego Dominus, hoc est nomē
 meum, gloriam meam alteri non dabo: *Ef 41. 24.*
 ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrū
 ex eo quod non est. Quid ergo superbis
 terra & cinis? Recordare homo *Gen. 3. 19.*
 tibi dictū: In sudore vultus tui ves-
 cēris pane tuo, donec reuertaris in terrā
 de qua sumptus es, quia puluis es, & in
 puluere reuerteris. Solum ergo regi seculo- *1. Tim. 1.*
 rum immortalis, inuisibilis, soli Deo ho- *17.*
 nor & gloria in secula, nobis autē con- *Dan. 9. 7.*
 fusio faciei: Quibus scientia hæc
 non subest, fruitioneque adeo cre-
 aturarū Deos sibi fabricant, eos
 Deus cedere sede iubet, tristem-
 que redire sub orcum.

CAPVT IIX.

Peccator offendit Deum, quia cum im-
mani barbarie, quo ad se, perde-
renititur.

Diximus ad huc, in Dei maie-
 statem impium insurgere,
 C 3 eius

eius omnipotentiam vilipende-
 re, sapientiam contemnere, iusti-
 tiam conculcare, plura ne super-
 sunt? supersunt eheu plura: quæ
 illa? Horreo dicere, doctrinæ ta-
 men ordo me vt dicam cogit:
 Peccator horribile & nefandum
 deicidiū meditatur; & in bene-
 factorem ingtatus, in patrem im-
 pius, in sponsum infidelis, in De-
 um idololatra sic inuadit, vt si
 dolorum & mortis capax esset,
 pereundum illi necessariò foret.
 O sathanicam malitiam? O di-
 ram tyrānidem? Inuadit autem
 primò omnium, *aduersus Deum,*
Cap. 15. 26. vt Iob ait, *roboratus, pinguiq; ceruice*
armatus, eum in reb. creatis aggre-
 diendo, & ab illis expellēdo, vsu
 suo nefario; Deus enim in illis,
 peculiari quadam ratione, est,
 cū benè illis vīmur. Inuadit
 deinde, dum illum à se expellit,
Psalm. 3. 31. *in quo delicia eius fuerūt antea,* cū
 in

in gratia erat: Inuadit cum eum
 è folio suo regali, cælo videlicet
 deijcit; & creaturam, vel se poti-
 us, ceu bonum summum in eo col-
 locat. Inuadit dum oculos Dei,
 hoc est, intellectum & rationem
 effodit, nõ ideo solum, quia op-
 tat Deum sua peccata non vide-
 re, & castigare consequenter, sed
 eatenus quoq; quatenus Dei sa-
 pientia suam, imo demonis, car-
 nis, & mundi, multis partib. præ-
 fert, & cū Saule, Deo neglecto,
 pythonissam cõsulit, cū Ocho-
 zia Beelzebub Deum Accaron;
 cū Roboam, abiecto seniorum
 cõsilio, iuuenū accipit consiliū.
 O consilium cõsultori pessimū.
 Inuadit dum voluntatem Dei è
 medio tollit; quod enim, ceu be-
 num, Deus vult, ipse, ceu malū,
 nõ vult; & vice versa, quod De-
 us, ceu malum, nõ vult, ipse tan-
 quam bonum vult; quod Deus

C 4 amat,

4. Reg. 1. 2.

3. Reg. 12.

13.

amat, peccator detestatur, & cōtra; quod Deus præcipit, omittit ipse, quod omitti vult, id ipse amplectitur. Intellectu & volū-
tate sublatis, substantiam quoq; illius, quæ ab illis re non differt, inuadit & tollit, adeoque Deum ipsum, quo ad se, non re ipsa; *si enim peccauerit, dixit apud Iobum Eliu, quid ei nocebit? altissimum posuit refugium tuum, sicq; nullū malum ad eum appropinquare potest; cadent autem à latere eius mille, & decem millia à dextris eius, ad ipsum autē non appropinquabit; quin malū Deus, quod in ipsum impius cogitat in illum, vt Hieremias ait, effundit.* In peccatore, creatura etiam ad vltionē armata, sumpto scuto inexpugnabili, gladium vibrat, arcum tendit, sagittas ardentibus efficit, duram iram in lāceam acuit. Quid peccator? nihil timet, peccatum quasi aquam bibit, ab inferna-

*cap. 35. 6.**ps. 90. 9.**Is. 27. 1.**cap. 14. 16.*

fernali haud dubio Medea, violentis carminibus in stuporem transformatus.

CAPVT IX.

Christus Dominus peccato mortali offenditur.

Is scilicet, qui verbi diuini hypostasis est, in duabus naturis diuina & humana subsistens, adeoq; verus Deus & homo, genus suum ad tribum illustrissimam Iudæ & prosapiam; ad inclytam Davidis domum ac stirpem reuocans, absque viri alicuius opera, spiritu autem sancto mirabiliter operante & obumbrante cōceptus, & salua matris integritate natus. Is, cuius anima gratia omni, & sanctimonie odorifero vnguento, præ consortibus, ipso conceptionis momento, vncta fuit. Intellectus sapientiam creatam valde perfectam, eaq; triplici, bea-

C s ta,

ta, diuinitus infusa, & acquisita postmodum naturali; lumine item gloriae, quo beatus fuit, comprehensor simul & viator. Voluntas gratijs gratis datis, & omnium omnino virtutum comitatu, à beatitudinis statu non alieno; vti & potentia præcellente, præstanteque facultate ad effectus omnino admirabiles, qui humanæ naturæ vires longè superant. Is, cuius corpus, temporis puncto, membris omnibus absolutum fuit, & cum anima sanctissima copulatum, eodemque instanti, cum eadem diuino verbo, in vna eademque hypostasi extitit, velamen omnino, sanctumque sanctorum, sanctissimam diuinitatem tegens, apparente videlicet humanitate, diuinitate autem latente, vnde

Is. 45. 15. & *Deus absconditus* ab *Esaiâ* nuncupatur. Is, cuius corpus ex purpureo

Is. 45. 15.

pureo Deiparæ Virginis sanguine, omnem purpuram, coccum, byssum, hyacinthumque superante, non opere plumario, sed Spiritus Sæcti, pulcherrima membrorum varietate compositum fuit & coagmentatum. Is, cuius corpus species fuit vt Libani, & electũ vt Cedri, speciosum præ filijs hominum; cuius caput, & capilli candidi sunt tanquã lana alba, & tanquã nix; facies sicut sol lucēs in virtute sua, diuinitatis radio in ea coruscãte; genę candidę & rubicundæ; oculi sole lucidiores, velut flãma ignis electos illustrans, & reprobos terrens; labia sicut lilium myrrham distillantia; os fontis instar gratia exuberans; lingua melle & lacte fluens; vox ad instar aquarũ multarũ; pectus cœleste ærarium; manus cœlestium beneficiorum promptuarium; venter

eburneus Sapphyris distinctus;
pedes vt columnæ ignis; mam-
millæ Zona aurea præcinctæ; to-
tum corpus magnificatum vehe-
menter, confessionem & decoré
induens, amictum lumine sicut
vestimento. Quid mirum? pin-
xit illud summus arte diuina, mi-
risq; coloribus. Is tandem qui
splendore gloria, & figura substantiæ,
sanctus, innocens, impollutus, segregat-
us à peccatorib⁹, excelsior cælis factus,
unicus & naturalis æterni Patris fili-
us dilectus, in quo ille sibi cõplacet, lux
vera, homo infinitæ celsitudinis &
maiestatis, omnium Dominus etiam
dominantium, in quo habitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter, can-
dor lucis æternæ, speculum sine macu-
la, & imago bonitatis illius. Et hic
offenditur? O septicipitem hy-
dram, non ex frigidis Lernæis
aquis enatam, sed vrentibus in-
ferni flammis procreatam. O pe-
lagus

Hebr. 1. 3.

6. 7. 26.

lagus immensum malitiæ peccati mortalis?

CAPVT X,

Christus summe benefaciens peccato offenditur.

GENUS enim ille omne hominum redemit, hoc est, à potestate Diaboli, in potestatem Dei, cuius antea erat, vèdicauit, cum se ipsum sanguinemq; suum pretiosum, per mortem Deo patri obtulit, vt diuinæ gratiæ dona, quibus redemptio & libertas gèeris nostri, ab ea diabolica seruitute continetur, nobis impetraret. *Mediator deinde melioris testamenti,* nos Deo reconciliauit hoc ipso, quo debellatis aëreis potestatibus, ac mundi principibus deturbatis, peccatisque in profundum maris proiectis, nos inter captiuos detentos, Deo patri, cœlumq; terræ restituit. Me-

Eph. 1. 7.

1. Tim. 2.

C 7 dicus

Mat. 9. 12. dicitur item bonus ac cœlestis, dona ea gratiæ nobis impetrauit, quibus recta officia, tam naturalia, quàm supernaturalia præstare, & peccata mortifera omnia vitare possumus. Caput præterea, vt hominum, ita & Angelorum, ecclesiæq; adeo totius ac regum terræ princeps & Imperator, gratiâ in sua membra influit, & ad finem vltimum dirigit. *Hebr. 5. 6.* *Sacerdos, insuper secundû ordinem Melchisedech, animarû nostrarum Episcopus, summusq; Pontifex, thuribulo carnis humanæ assumpto, in sancta ingressus, ac inter viuos & mortuos stans, redemptionem peccatorum, proprio sanguine inueniens, dona pro nobis, preces, & sacrificia obtulit, plenaque manu sacra multa nobis dedit; palam enim triumphans, & gloriôsè magnificatus, fortem alligauit, principa-*

*1. Pet. 4.**1. Cor. 1.**ps. 70.**1. Pet. 4.*

cipatus expoliavit, potestates
confidenter traduxit, iniquita-
tem domui Iacob dimisit, diui-
næ naturæ consortes nos effe-
cit, sapientia, iustitia, sanctifi-
catio nobis factus est, perfectam
adoptionem filiorum Dei con-
tulit, vt & iustitiam, & abun-
dantiam pacis. Legislatoꝝ item
propriis nobis sanciuir leges;
prophetica & regia potestate
spirituali excelluit; rex, super
montē sanctū Dei est, prædicans
præceptum eius, & eripiēs nos
de potestate tenebrarum trans-
ferens in regnū dilectionis suæ. *Dan. 2.*
Doctoꝝ & præceptor etiam no-
ster est, viam cœli in veritate, &
breuitate docēs, panem arctum,
& aquam breuem, hoc est, do-
ctinam Euangelicā breuem, quæ
dilectione Dei, & proximi con-
tinetur, prolixè largitur. *Pastor*
quoque noster bonus, qui animam
suam

20. 10. 17.

suam pro ouibus suis posuit, gregem-
que suum, vt in rapinam nō sit,
saluat. Viuorum tandē ac mor-
tuorū olim erit Iudex. Et hunc,
qui in mundo via fuit, in cœlo
vita, in terra pretium, in cœlo
præmium, in terra sacrificium,
in cœlo gloria, peccatum mor-
tale offendit? O tartareum pec-
catum. O diaboli virus.

CAPVT XI.

In quo peccator Christum Domi-
num offendat?

EO, quo, factis ipsis profite-
tur se hostem & inimicum
Christo; vult enim ipse & impe-
rat bonum, & non vult iniqui-
tate, iuxta illud: *Manè astabo tibi,*
& videbo, quoniam non Deus volens
iniquitatem tu es; qui peccat autē
malum vult, & quod iniquū est,
Christus etiam Dominus noster
c. 14. 9. odit peccatū; similiter, ait sapiēs,
odio

odio sunt Deo impius & impietas eius,
peccator autē amat illud, obuijs-
que manibus amplectitur. Chri-
stus item peccatum non fert, nō
tolerat; vnde vt illud aboleret,
innumera, & in his turpissimam
quoq; crucis mortem passus est;
peccator verò ipsum fert & tole- *Zach. 5. 7.*
rat, eiusq; amore talentū quoq;
plumbi, malaq; plurima, quæ se-
cum peccatum affert, euersionē
scilicet animę status, perturbationē
onum seruitutē, Dei odiū, teter-
rimorum spirituum societatem,
gratię & virtutum iacturā, cæli
exilium. Christus insuper homi-
nem impium redemit, Diabolo
rursus ille se vendit; Deo illum
Domin⁹ noster recōciliauit, ipse
rursus se ab eo alienat; Cælestē
medicum respuit; capitis Chri-
sti influxum floccipendit; sacer-
dotis summi maxima & pretiosa
promissa & data repudiat; le-
ges

ges sanctissimas reijcit, prophetias, doctrinas, & diuina monita nihili facit; boni pastoris ductum aspernatur, iudicis comminationes, negligit; quoniam eum, ceu signum contradictionis mortiferas sagittas dirigit; supra dorsum Christi fabricat, eum crucifigit. Tandem Christus Dominus noster vitæ virtutumque suarum exemplum, quod sequeremur, reliquit, homo confeceratus humilitati illius superbiam, abnegationi rerum caducarum avaritiam, charitati inuidiam, mansuetudini iram, sobrietati intemperantiam, zelo acediam, modestiæ lasciuiam, honestati turpitudinem, paupertati diuitias, luctui gaudium, contemptui honoris ambitionem, cruci corporis curam, multis parasangis præfert. *Am-*

*ps 128 3.**Hebr. 6. 5.**s. c. 4. 3.**bulat, vt D. Petrus inquit, in luxurijs,*

*scilicet
satio
iuxta
est, e
rent
fus
nato
gnit
Et v
Dei
virtu
volu
sost
la m
Chr
fici
pot
or in
mat
& in

Be*

curijs, desiderijs, violentijs, commes-
sationibus, potationibus. Scipsum;
 iuxta D. Paulum, amat, cupidus
 est, elatus, superbus, blasphemus, pa- 2. Tim. 3. 2.
 rentibus non obediens, ingratus, scele-
 stus, sine affectione, sine pace, crimi-
 nator, incontinens, immitis, sine beni-
 gnitate, proditor, protervus, tumidus,
 & voluptatum amator magis quam
 Dei, habens speciem quidem pietatis,
 virtutem autē eius abnegans. Verbo: In Ep. ad
 volutari⁹ demon est, eū vt D. Chry- Rom. c. 15.
 sostomus appellat. An iam vl-
 la maior iniuria ab homine in
 Christum Dominū nostrū pro-
 ficisci potest? an grauius offendi
 potest? an vlla Deo potest iusti-
 or irascendi esse causa? O infa-
 matam peccatoris & perfidiam
 & infaniam.

CAPVT XII.

Beata augustissimaq; virgo Maria
peccato offenditur.

illa

Illa, quæ ex inclyta Dauidis do-
mo ac stirpe originem ducit,
& in atavis suis quatuordecim
reges, duces, & heroas Israelis
gloriosè numerat, reginaq; adeo
existit. Illa, quæ ex parentibus re-
gali principaliq; nobilitate con-
spicuis, & accuratiore vita præ-
stantibus, sine labe, & peccato
originali concepta fuit, & in cõ-
ceptionis momento sanctifica-
ta, & gratia diuina iustificante
tam copiosè ornata, virtutibus-
que omnibus cumulata extitit,
peccare vt vilo modo non pos-
set. Illa, cuius corpus, membro-
rum integritate, figuræ, & colo-
rum suauitate perfusum, morũ
sanctitatem, Angelorum purita-
tem, ac nescio quem fulgorem

*Cant. 7 4. diuinum retulit; Cuius caput corona
duodecim stellarum radiavit; comæ il-
lius fuerunt, sicut purpura regis vincta
canalibus; nasus sicut turris Libani,*

quæ

qua respicit contra Damascum; oculi
 sicut piscina in Hesebon; gene areolæ
 aromatum, consita à pigmentarijs; *Eccli. 6.*
 guttur sicut vinum optimum, dignum *5.*
 dilecto ad potandum; lingua eucharis; *Cant. 7. 4.*
 Labia lilia distillantia myrrham pri- *Cant. 5. 4.*
 mã; collu sicut turris eburnea; manus *Eccl. 14.*
 tornatiles, aureæ; plena hyacinthis;
 digiti pleni myrrha probatissima; ube-
 ra beata; venter eburneus distinctus
 sapphyris; crura columna marmorea
 super bases aureas fundata; pedes Lu-
 na recti, eorumq; gressus pulchri in cal-
 ceamentis; statura palma a simulata.
 Illa, cuius fides, in omni vita fuit
 constantissima, spes certissima,
 charitas ardentissima, prudentia
 eximia, sancta modestia, humili-
 tas summa, obedientia singula-
 ris, sapientia exuberans, puritas
 ea, qua neminem sua pulchritu-
 dine offendit, quæue, ut Ansel-
 mus ait, maior sub cælo intelligi ne-
 quit; tota pulchra, sineq; macula, idq;
 ad.

Cant. 4. 7. ad finem vsq; vitæ suæ. Salamandra flammis inter peccatorum absque vstulatione vel minima. Sacra illa & viridis laura, æterno dicata numini, nullo vnquam peccati fulgure tacta. Arca illa Noe super vndas peccatorum natans. *Lilium inter spinas. Firmamentum virtutis.* Arca de lignis incorruptibilibus fabricata, intus & foris aurea. Salomonis thronus, cui vt S. litteræ perhibēt, nihil in orbe terrarum simile vnquam extitit; sic nec illa primam visa est similem, nec habere sequentem; diuitiis filias vniuersas supergressa est, in apice videlicet montis constituta, cuius finis in circuitu sanctorum est. Illa, quam D. Iacobus Apostolus

Cant. 2. 2.
Exo. 25. 11.
3. Reg. 10.
9.

De Litur.
sua.

De parvam vocat, irreprehensam, matrem Christi, honorabiliore Cherubin, gloriosiore Seraphin, corruptionis expertem, gratia plenam, templum sancti-
Et si-

Et si-
gravi-
grati-
ginita-
mus
mum
Dei i-
masc-
thesau-
nus
phro-
emplu-
Berna-
clesia
tande-
xat, f-
morte
deduc-
um gr-
tum e-
affuer-
suam.
thron-
iuxta f-

Etificatum, paradysum spirituale, vir-
 ginum deniq; gloriam, cui uniuersa
 gratuletur Ecclesia. D. Ambros. vir-
 ginitatis magistram, D. Chrysto-
 mus, mundi miraculum, sanctissi-
 mumq; spectaculum, tabernaculum
 Dei intus & foris aureum. D. Da- De dor.
 masc. cælum verè animatum, vitæ Virg.
 thesaurum, abyssum gratiæ. Epipha-
 nius virginitatis principem. So-
 phronius perfectionis virginalis ex-
 emplum. Isidorus caput Virginum.
 Bernardus earum primiceriâ. Ec-
 clesia virginum virginem, &c. Illa
 tandem quæ non anima duntaxat,
 sed & corpore quoq; post
 mortem resumpto, Christo filio Cant. 8. f.
 deducente, sanctorumq; spiritu-
 um grege, & in numerabili cœli-
 tum exercitu comitante, deliciis
 affluens, innixa super dilectum
 suum, ascendit in cælum, & in
 throno altissimo celsissimoque,
 iuxta filium suum, gloria & ho-
 nore

nore coronata, in vestitu deaurato, circumdata varietate, supra se sanctissimam tantummodò Trinitatem, & Christi humanitatem, infra se omnes omnium Angelorum hominumq; hierarchias, omnes choros, omnes cœlos, & elementa, æternùm regina omnium regnatura triumphat. Et hæc mortali peccato offenditur? O portentosum & Sathanicum peccatum.

CAPVT XIII.

Magna nostra benefactrix Virgo Maria peccato mortali offenditur.

*In lib. de
inst. Virg.
ad Euf. 6.
c. 6.*

Beneficia plurima dedit nobis sacratissima Virgo. Principiò porta fuit, iuxta D. Ambrosium, per quam Deus ingressus est in mundum; porta clausa, ideo virgo, porta orientalis, quoniam verum lumen effudit, quæ generauit orientem,

pepe-

deau- peperitq; solem iustitia; Vnde & ab
 supra Ecclesia canitur: *Salve porta, ex*
 modo *qua mundo lux est orta.* Dirum de-
 mani- inde illum serpentem, qui vni-
 nium uerso hominum generi, pestife-
 erar- ris faucibus teterrimū venenum
 mnes afflauerat, contudit, caputque
 m re- eius, per Christi gratiam contri-
 ium- uit. *Hereses item sola in uniuerso mū-*
 cato *do interemit, hæreticosq; aliter Ita Eccl.*
 m & pecora campi abegit. Peccatum
 in orbem illatum pepulit, homi-
 nemq; ex faucibus mortis, & in-
 ferni eripuit, vita illi spiritali
 Ma- allata. *Defenditur, ait Gregor. Inorat. de*
 Mag. & purgatur mulier à muliere. *Natiu.*
 Prima (Eua) aditum; & locum intro-
 nobis eundi peccato dedit; hæc vero (Maria)
 inci- introeanti iustitiæ subseruiuit; illa cō-
 rosi- filium serpentis amplexa atque secuta
 est in est, hæc serpentis interfectorem præ-
 uirgo, buit; illa per lignum peccatum intro-
 m lu- duxit, hæc per lignū bonum inuexit.
 ntem, Et ante eum D. Aug. *Auctrix Serm. de*
 pepe- *D' pec- Assump.*

peccati Eua, auctrix meriti Maria
 Eua occidendo obfuit, Maria uiuifi-
 cando profuit; illa percussit, haec san-
 uit. Ab ea, ut D. Hieron scribit
 tanquã canali, & à filio, ceu fonte, om-
 nis in orbem emanat gratia. Eius e-
 tiam unius vita, omnium, iuxta D.
 Ambros. disciplina est, omnium spe-
 culum. Sol ys, qui in splendore grati-
 vitam agunt. Aurora ys, qui è pec-
 catorum tenebris ad pœnitentiã tran-
 eunt. Omnium actionum auspex, dux
 & mediatrix. Omnium est mater, pa-
 trona, & aduocata, misericordes ocu-
 los ad nos conuertens, miseris succu-
 rens, iuuans pusillanimes, refouens
 flebiles, pro populo orans, pro clero in-
 terueniens, intercedens pro deuoto fe-
 mineo sexu. Et quis dubitet Mariam
 quicquid à filio petit impetrare? aut
 quid illam aliud petere posse existi-
 mat, quàm quod Deo gratissimum,
 & ys pro quibus intercedit salutare
 futurum sit? Intercessio illius tur-

ris est eburnea adeoque fortif-
 sima, ad quam omnes ab hosti-
 bus obsessi, sese salutis causa re-
 cipere possunt. Ex ea mille cly-
 pei pendent, omnis armatura
 fortium, quam induere debe-
 mus, ut possimus stare aduersus
 insidias Diaboli. Commune est *Ep^l. 6. II.*
 mundi propitiatorium, cuius
 longitudinem, latitudinem, al-
 titudinem, ac profunditatem
 S. Bernardus his verbis descri- *Ser. 4. de*
 bit: *Quis misericordiae tuae, o Virgo Assump.*
benedicta, longitudinem, latitudinem,
sublimitatem, & profundum queat in-
uestigare? Nam longitudo eius, usq; in
diem nouissimum, invocantibus eam
subuenit vniuersis; latitudo eius replet
orbem terrarum, ut sua misericordia plena
sit omnis terra; sic & sublimitas eius,
ciuitatis supernae inuenit restauratio-
nem; & profundum eius, sedentibus in te-
nebris, & in umbra mortis, obtinuit
redemptionem. Ad caelum scala Iacob est,

porta cæli peruia. Hęc omnia do-
cent Sathanicã esse peccati ma-
litiã quã illa grauitè offenditur.

CAPVT XIV

Quare peccator Diuam Virgi-
nem offendat?

EA primũ: Quæ Christo Do-
mino ex fide meritissimò tri-
buimus, cum matre gloriosissi-
ma ferè cõmunia sunt omnia, &
id igitur commune erit, vt cum
Christus offenditur, vti peccator
grauissimè offenditur, offende-
tur & eodem mater. Incompa-
rabilis deinde D. Virginis in filio
suũ amor est, fieri ergo nequit
eum peccato offendi, nõ ipsam
effectus enim amoris zelus, cõ-
munem mali sensum efficit. Da-
uid vidit. prauaricãtes & tabescebat.
2. Cor. II: Paulus vidit scandalizatos & ureba-
tur. B. igitur & virgo videns filium
suum offendentes, offenditur &

ps. 118: 139.

& 158.

2. Cor. II:

29.

ipsa

ipsa ab illis. Vult insuper Deus
 vt nobilissimū pietatis & puri-
 tatis eius exemplar imitemur, ab
 eo autē quā lōgissimē peccatū
 mortiferū abest. Serui etiā eius
 nos omnes sumus, vtī ipsa no-
 stra Domina & Regina; seruitus
 autem hęc postulat vt defluen-
 tia in humum vestimenta eius,
 virtutū scilicet decora, sanctam-
 que eius viuendi rationem, quo
 ad eius fieri potest, ad imitati-
 onem bonumque nostrum col-
 ligamus. Fœmina illa, quę fim-
 briam vestimenti Christi vel te-
 rigit, corporis sanitatem est con-
 secuta; qui iam matris vestē col-
 legerit, animæ certē sanitatem
 consequetur. Spiritus itē S. olim
 per Prophetam his verbis po-
 pulum hortatus est suum. *At-*
tendite ad Abraham patrem vestrū,
& ad Sarā, quæ peperit vos; quis du-
bitat iam eundem nos sic alloqui: At-

Mat. 9. 21.
Es. 51. 2.

D 3 tendi-

Serm. 244.
de temp.

tendite ad Christum patrem, qui per
gratiam vos in filios suos genuit, & se
quimini vestigia eius; accedite & ad
gloriosam Virginem Mariam, in San-
praesignificatam, seu matrem vestram
eiusque exemplum, quantum potest
imitamini. Quod B. etiam Augu-
stinus de sanctis martyribus scri-
bit, in Deiparam, citra contro-
versiam convenire potest. Illud
est: Tunc pro nobis absque ulla dubi-
tatione sancti Martyres intercedunt
quando in nobis aliquid de suis virtu-
tibus recognoscunt: Si tutelam eorum
deposcimus, si aliquando beata eorum
societate in caelo perfrui desideramus,
necesse est ut eorum virtutibus sectan-
dis, peccato omni profligato, operam de-
mus: Benevolentiam eorum nobis maxime
demeremur, si a peccato maxime mor-
tali immunes simus. Quae omni-
ritè recteque in peccato fieri ne-
queunt, eo ergo illa offenditur
Beneficijs tandem illa & plura

mis

mis,
rim
offe
tine

Illi,
po
tura
bus
dissim
lenti
ipso
tatis
dici
tiam
natu
virtu
gnu
nem
Eze

mis, & maximis nos afficit, plurimum ergo maximèq; peccato offendetur, quo ingrattudo continetur maxima.

CAPVT XV.

Angeli peccato lethifero offenduntur.

Illi, qui ab omni materie & corporum concretionem liberi, naturaque ipsa immortales, ex rebus omnibus nobilibus nobilissimi, & excellentibus excellentissimi sunt; & in quos Deus, ipso creationis momento bonitatis suæ diuitias, plena, quod dici solet, manu effudit, gratiam scilicet, rerum omnium naturam constantium scientiam, virtutes, vimque & robur magnum, speciem, & pulchritudinem tantam, vt pleni decore ab

28.

Ezechiele, ab alijs nube aut can-

apoc. 15.

D 4 didif- 18. & 19.

*Hebr. 1. 14.**1. Theff. 4.*

didissima bysso amicti, aureis
ornati torquibus, coronati dia-
demate, ignei, flammei, clari,
splendidi appellentur, gloriam
tandem in cœlis, perpetuam
que beatitudinem. In qua co-
rum aliqui, qui in executione
rerum gerendarum, adeoque
pulchritudine infimi sunt, no-
men peculiare ab alijs distin-
ctum non habent, sed illud re-
tinent, quod diuinis spiritibus
commune est, Angelique, id est,
missi vocantur. Alij inter princi-
patus, & Angelos iam dictos, in
rebus gerendis medij sunt. Non-
nulli Principatus nomen adepti
sunt, & sunt illi, qui quasi primi
duces in executione rerum ge-
rendarum existunt. Quidam
potestates dicuntur, eò quod
insuperabili constantiâ diuino
obsequio intenti sint, illudque
ordinatissimè suscipiant. Virtu-
tum

rum nomen certi fortiti sunt, in-
concussa que, & velut mascula
quadam fortitudine prompti ex-
pediti; ad diuinum obsequium
existunt. Dominationes qui-
dam dicuntur, ab omni seruili
affectu, peccati scilicet liberi, re-
ctissimeque ea omnia ordinan-
tes, quæ ad DEI gloriam faci-
unt. Throni, & altæ quædam
sedes non pauci dicuntur, à præ-
cellenti illa virtute, qua ab ef-
fectibus terrenis longè remo-
tissimi, & ad suscipiendos in
se fulgores diuinos aptissimi
sunt, & quasi sedium instar,
perpetuò ad id parent, parati-
que etiam sunt, eandem vt vir-
tutis præstantiam cum alijs in-
ferioribus communicent. Che-
rubini item nonnulli vocan-
tur, qui excellenti rerum diui-
narum scientia sunt præditi, qua
inferiores quoque illuminant.

D 5 Tan-

Tandem seraphini reperiuntur Deo coniunctissimi, qui incensa charitate erga Deum sic flagrant, ut se etiam inferiores ad ipsum amandum ardenti studio inflament. Deo hi omnes assistunt, eique, quemadmodum maiestatem infinitam illius decet, numero sine numero, per choros velut cohortes dispositi, obsequentissimè parent & ministrant, pro Domino exercituum bella milites bellant, pro eo legationes honorificant ob-eunt: Eaque omnia verò velocitate summa, obedientiaque promptissima; Vnde & ea de causa, Dionysio Areopag. auctore alati pingi solent. Et hi tanti, talesq; peccato mortali offendunt. O peccati gravitas & prauitas,

*De cal.
her. c. 15.*

CA

Ang

H

prog
biur
ent,
doc
non
nia p
lucē
imp
man
ille p
tum
Iaco
Alb
min
her
& a
car
adu

CAPVT XVI.

*Angeli benefactores maximi peccato
mortali offenduntur.*

HOminē enim primū, sua
quadam ratione, hoc ipso
progignūt, quòd cœlestium or-
bium, vt & siderum motus ci-
ent, à quibus, vt Philosophus
docet, & Doctōrū ab eo opinio
non abludit, Lunæ subiecta om-
nia produci generariq; solent. In
lucē editū, ex officio sibi à Deo
imposito, *in vjs omnibus custodiūt, ps. 9. 11.*
manibusque eum portant, ne ad lapidē
ille pedē offendat, aliudue detrimē- *Exo. 23. 29.*
tum accipiat. Exēplo sint Loth, *Gen. 19. 17.*
Iacob, Daniel in lacu leonū &c. *Gen. 32.*
Dan. 6.
Administratoij item spiritus sunt in *Hebr. 1. 14.*
ministerium missi propter eos, qui
hereditatem capiunt salutis; Vnde
& assiduē laborant ne quis pec-
cato se astingat, inquē eum finē
aduersus cacodæmonis insidias

D 6 nos

nos muniunt, & super aspidem
& basiliscum ambulant, & con-
culcant leonem & Draconem.
Quod si quis ijs se alligasset, ei
illa exprobrant, ad sanio-
rem mentem reuocant, ad meliora
hortantur, assiduisque suggesti-
onibus, vt Bernardus docet,
eum hac vel simili oratione mo-
nent: *Delectare in Domino, & da-
bit tibi petitiones cordis tui, expecta
Dominum, & custodi viam eius: si
moram fecerit, expecta eum, quia ve-
niens veniet, & non tardabit &c.*
Lapides, vt verbo dicam omnia,
vivos poliunt in domus cœle-
stis ædificationem. Assistūt tan-
dem morientibus, & ne repro-
bentur, modis omnib. laborant,
pro libertate filiorum Dei suspi-
rant, gladium de ostio Paradisi
remouent, vt possint edere de
ligno vitæ. Quod si cum pie-
tate dormitionem acceperunt,
com-

*Serm. 31.
in Cant.
ps. 36. 4.*

commiffum ſibi deſiſitū, com-
muni Domino præſentant, in
ſancta ſanctorum ducunt, vbi
Deus facie ad faciem videtur, e-
aſq; ſuis coaptant locis, pōdera-
tis eorū meritis. Beneficia hæc,
quæ & multa ſunt, & magna,
& perpetua, gratam memoriã
requirunt, vt & ſummam vene-
rationem ac honorē. Sed, prohi-
dolor, benefactores tanti à pec-
catoribus grauiter offenduntur.
O peccati mortalis malitiã plus
quàm barbaram.

CAPVT XVII.

*Cur Angeli peccato mortali offen-
dantur?*

IDeo primùm, quòd ipſorum *Iob. 26. 11.*
Dominum, coram quo *cæli co-
lumna contremiſcunt, & pauent ad
nutum eius*; & Seraphini ipſi in
conſpectu illius faciem, & pedes
ſuos velant, audeat is offendere,
D 7 iniu-

*Serm. de
S. Mich.*

iniuriaque adeo & contumelia
afficere, qui sterquilinum est
putidissimum, teterrimorum
vermium examen, putredo ip-
sa, stipula, palea. Eo deinde ipso,
quo peccator se ipse, per pecca-
tum lædit, læduntur & ipsi, ut-
pote illorum *in natura cognatus*,
quemadmodum D. Bernardus
loquitur. Quia rursus impi-
us, in tenebricoso naturæ an-
tro versans homuncio, crassa
carne involutus, corporisque
mole pressus, cum peccato, se
turpiter obstringit, nullam ra-
tionem habet præsentia eor-
um, qui tantæ tamen digni-
tatis sunt in natura, tantæ per-
fectionis in gratia, & tantæ emi-
nentia in gloria, Deo utpote si-
miles, quadam ratione, magni
certè cœlorum regis aulici, ijque
gratiosissimi. Ea item de caus-
sa, quia eorum consilia & mo-
nita

nita
sign
tisq
fici
fent
men
dur
tit
his
Om
lus
ua
ape
bas
sto
mo
pec
fio
qu
cia
be
rat
ter

nita negligit, vt & grati animi
significationem, quæ tot tan-
tisque illorum meritis ac bene-
ficiis, custodiæ imprimis, de-
fensionis & propugnationis
meritò debetur. Illa insuper,
dum enim peccatum ille admit-
tit illos à se ablegat: Id quod
his verbis D. Basilius indicat: *In Ps. 33.*

*Omni credenti in Dominum Ange-
lus aſidet, ſi non ipſum nos per pra-
ua opera fugauerimus; ſicut enim
apes fugat fumus, & colum-
bas graueolentia pellit; ſic cu-
ſtodem vitæ noſtræ, lachry-
moſum & graueolens abigit
peccatum. In cauſis offen-
ſionis & illud numerari poteſt,
quod peccator indignum ſe fa-
ciat ſedibus illis, quas in cælo,
benè viuendo, repleturus e-
rat. Quia tandem fine & in-
tentione ſua illi priuantur, gau-
dioque*

dioque adeo accidentali, quo exultarent, si eorum preces, & curæ amore plenissimæ, vitato peccato effectui darentur. Cuius argumento lætitia est, qua complentur, cum per pœnitentiam salutarem peccator ad gratiam resurgit; Gaudio autem accidentali? beatitudine etiam & gloria ampliore. Quid Angeli reponēt? victas de impio apud Deum que relas deponent, eosq; ipse, in die mortis suæ, testes infensissimos experietur.

CAPVT XIIIX.

Sancti Dei peccato mortali offenduntur.

Ioan. 1. 13. **I**lli, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt, filijque adeo eius excelsi, Christique seruatoris nostri fratres; quique, cùm adhuc in terris versaremur, veram puramq; fidei

quo
, &
ato
ius
m-
am
am
en-
ria
ēt?
que
die
nos

dei supernaturalem doctrinam,
nullo permistam errore, nulla
praua opinione inquinatam,
nulla falsitate fœdatam, nullis
mendaciis sordidatam habue-
runt, & super ædificati super fun-
damentum Prophetarum & A-
postolorum, hoc est super vetus
& nouum testamentum, eorum
sententiam in verbo, authorita-
tem in clauibus, vitam in exem-
plo retinuerunt, vniuersoque
mundo, triumpho venerando
prætulerunt. Illi, qui spe nixi, ve-
terem hominem cum actibus *Colof. 3. 9.*
suis mortificauerunt, fluxa &
caduca bona contempserunt,
Deoque seipfos consecrarunt.
Qui charitatis veste nuptiali
induti, Deum, vt summū bonū
super omnia, ex toto corde, ex
tota anima, & ex omnibus viri-
bus sic dilexerunt, vt præ amoris
vi, quid præter Deum amarent,
igno-

leg.
ati
fi,
a-
ris
fi-
lei

ignorarent, fuit me ipsoꝝ quoque extra se rapti obliuiscerentur. Qui virtutibus deinde Cardinalibus, ceu vestitu deaurato, circumdata varietate, sic culti ornatiq; fuerunt, ne in se nauiam Dei formam & imaginem exprimerent; prudentiã quidẽ, dum actionibus suis eum modum posuerunt, quem ultra citraque nequit constitere rectum. Iustitia deinde, dum *quæ Cesaris erant, Cesari, & Deo quæ eius erant, reddiderunt.* Fortitudine, *cum in Deo murum sunt transgressi, & docti ad prælium, fortia bella aduersus carnem, mundum, & Diabolum bellarunt,* arcumq; chalybeum brachiis suis confregerunt. Temperantiã tandem, dum corpus, salua illius valetudine, voluntariẽ ideo afflixerunt, durioꝝque viuendi rationem tenuerunt, accuratiũs vt in perfectionis studio, vitæq; sancti-

Matth. 22.

22

Ps. 17. 30.

sanctimonia proficerent. Qui
tandem dilectum tabernaculū,
quod nequaquam transferri
potest, domum opulentam, in
qua ostenditur magnificus Do-
minus, diuitias affundens, & au-
rum quasi lapides diuidens, ci-
uitatē solemnitatis nostræ, in
qua omnes dies festi sunt, nullus
laboris, cœlestē ac sanctam Hie- *E/33. 20.*
rusalem, & cœlorum regnum *21.*
quod vim patitur, gloriosè, ter-
ribili eaq; ordinata castrorum a-
cie, muro ciuitatis perrupto, por-
ta aperta, victoriæ palma obten-
ta, occuparunt, & iam terq; qua- *Matt. II. 12*
terq; beati, ciues, reges, filij Dei,
coronis aureis, & diademate re-
gio, lapidibus pretiosis, & gem-
mis radianti, gloriosi cum Deo
sedent, eumq; de facie in faciē,
clarè, sicuti est, intuentur, & cum
exultatione, in pulchritudine
pacis, in tabernaculis fiduciæ, in
reque

reque opulenta, sine fine laudant, eoq; sempiternum perfruntur. Sathanica ergo peccati mortiferi peruersitas est, qua sancti hi cœlites offenduntur.

CAPVT XIX.

sancti benefactores magni peccato mortifero offenduntur.

In expl. orat. dom. Daniele. c. 12. 3. Greg. 9. mor. c. 6. Hom. 5. in Iob.

CVM Cœlis enim illi, à D. Augustino, & ab aliis, sideribus cœlestibus rectè comparantur; sicut enim à motionibus & fluxionibus illorum, ita & à sanctis ingētia ad nos manant beneficia. Huius rei testē habem⁹ locupletissimum, vt & antiquissimum Originem; sic enim scribit: *Quæmadmodum cœli luminaria, & sidera in firmamento à Deo collocata, cunctis quæ sub cœlo sunt, indesinenter fulgent, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tempora & generationes mirabi-*

*rab
alia
lia p
sic e
sign
mm
trib
emp
tem
exē
ti v
res,
glor
exp
tate
sum
mē
susti
rona
dun
certa
adeo
est, q
uiu*

rabiliter lumen suum communicant, alia per noctem, ut Luna & Stella, alia per diem, ut Solis speciosissimi radij; sic & Sanctorum virtutes, merita insignia, atq; eorum beatissimi agones, omnibus in aeternum bonorum formantur tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Ostendunt autem? authores etiam sunt suo exēplo victricibusq; factis, multi. ut pro voluptatibus acerbitates, pro diuitiis egestatem, pro gloria probra, pro vita mortem expetant; & verò magna voluntate, eximio religionis studio, summo salutis desiderio fortissimè & patientissimè pro Christo sustineant, sicq; beatitudinis coronam consequantur. His accedunt eorum quoque preces, ut certa & indubitata fides habet; adeoq; dubitandum nobis non est, quin ad maximum Asueri cō- *Luc. 16. 21.* uiuium admissi, bonisq; omnib⁹ fruen-

Luc. 16. 21. fruentes, micam saltem è mensa tam diuite, famelico interdum mittant; quin fœlices messores magni Booz, messem ingentem cum exultatione colligentes, ex industria spicas aliquot projiciant, quas pauper Ruth sine rubore colligat: quin fœlices exploratores terræ promissæ, in manibus botrum habentes, & omnes illius fructus, animos nostros erigant, ut qui per fidem ambulamus, ad tantæ terræ aspectum, in via non deficientes, ad eam possidendam quoq; peruenire possimus; quin sanctæ columbæ in ligno vitæ, ubi sine timore accipitis (Diaboli) jam sedent, fluentia mundi respiciant, decurrètes aquas nostrarum miseriarum, ad gratiam; quin oves sanctæ ad dexteram collocatæ, ascendentes de laua-cro huius mundi, & pascentes, in
mon-

*Cap. 2. 2.**Num. 13. 27.*

mo
rim
qua
ore
in i
quin
bore
cesg
aliqu
tai,
quo
temp
nire
pecca
virul
cti la

Quo

S
gen
motos
ligion

montibus Israel, in pascuis vber-
rimis, compatiantur ouibus,
quæ Leones inter & lupos sunt,
orentque pastorem bonum nos
in idem cum illis ouile portet;
quin sancti fratres, jam sub ar-
bore sedentes, cuius fructus dul-
ces gutturi eorum, de ijs ad nos
aliquos mittant, illis vt confor-
tai, ad montem Dei Oreb, in
quo facie ad faciem Deum suo
tempore beati videamus, perue-
nire possimus. O immensam
peccati mortiferi abyssum. O
virulentum basiliscum, quo San-
cti læduntur.

CAPVT XX.

*Quomodo Dei sanctos impius of-
fendat?*

Sanctos Dei, quos Ecclesia
genuit, suisque vberibus ad-
motos, purissimo catholicæ re-
ligionis lacte aluit, cœlesti do-
ctrina

cetera instruxit, ad virtutis & sanctimonie studium extulit; & Dominus aulae suae domesticos, suis meritis, aeternae salutis participes effecit, offendit primum impius, quod Deum ac Dominum ipsorum, graui iniuria peccando afficiat. Tum quia eos ceu viros gloriosos & parentes, quemadmodum sapiens exigit, laude vera non prosequitur, eumque illis honorem non exhibet, quem eximia illorum facta meritissimo exoptulant; vel si id facit, recte non facit, immemor illius, quod grauius aliquando scripsit S. Chrysostomus: *Qua est ista iustitia, sanctos colere, & sanctitatem contemnere? primus gradus est pietatis sanctitatem diligere, postea sanctos; quia non sancti ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas ante eos. Et: Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur, quicumque*

Eccl. 44. 1.
in c. 24.
Matt.

victor
 loqui
 iusti
 delect
 lectar
 obsequ
 bet, s
 bet, s
 ratur
 ipse v
 quan
 loque
 colum
 proqu
 ter ora
 tioner
 runt, q
 mine
 dignifi
 tum, n
 mitti, c
 nibus c
 eorum
 guinen

victor

victorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores sanctos atque iustitiam imitetur, quoniam quem delectat alicuius Sancti meritum, delectare decet par circa cultum DEI obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat, aut laudare non debet, si imitari detrectat, ut qui miratur sanctorum merita, mirabilis ipse vita sanctitate reddatur. Et quando singulari deinde effusioque beneficio illi de nostra incolumitate valde sunt solliciti, proque nobis assidue & diligenter orant, grati animi significationem merito à nobis requirunt, quæ vera sinceraque in homine impio esse nequit. Indignissime etiam ferunt peccatum mortiferum tam facile admitti, quod, ut illi vitarent, manibus & pedibus laborarunt; quorum complures vitam & sanguinem quoque profuderunt.

E Desi-

Desiderant insuper illi, qui cum rege suo Christo, anima, & suo sempiterno fruuntur, suorum corporum resurrectionem, quibus in terrestri exilio, gloriam cœlestis patriæ meruerunt, ut quandoquidem illis auxilio fuerunt ad meritum, participant similiter præmium. Iam resurrectio hæc institui nequit, donec numerus prædestinatorum definitus jam in mente divina adimpletus sit; peccatum verò læthiferum obstat quo minus impleatur jam dictus numerus, & consequenter tarditatem resurrectionis corporum inducit; peccatum igitur mortale beatos offendit, dum jucundam illis sociorum præsentiam differt. Tandem quis nescit cœlites pro charitate, qua in cœlo abundant, summopere lætare, cum homo iusticiam & sanctitatem

tate
lori
qua
tur.
min

La

Illa
lita
cillita
cum
cipib
rum h
te, &
Dei, su
duta lo
prepar
to scuto
ritus,
pro coro
vna, sa
ca, &

tatem

tatem colit; dolere verò, si dolor in eos aliquis cadere posset, quando tale peccatum admittitur. Offenduntur ergo ab homine, cum peccat.

CAPUT XXI.

*Ledit impius Ecclesiam in terris
militantem.*

Illam, quæ in præsentis mortalitatis stadio cum carnis imbecillitate, cum infirmitate sensus, cum mundi illecebris, cum principibus & potestatibus tenebrarum harum, adeoq; peccato, morte, & inferno, *accepta armatura Eph. 6.14.* Dei, succincta lumbos in veritate, induta lorica iustitiæ, calceata pedes in preparationem Evangelij pacis, sumpto scuto fidei, galea salutis, gladio spiritus, orans, obsecrans, & vigilans pro corona gloriæ decertat. Illa, quæ vna, sancta, catholica, Apostolica, & rectè ordinata castrorum

E 2 acies

acies est, cuius summus Pontifex Christi loco, summus est in terris Imperator; Tribuni militares Episcopi, Centuriones ij, quibus est animarum & pascendarū, & ruendarum cura mandata, signiferi, & ij, qui vel tympanorū botatu, vel ære ciere viros Martēq; accēdere studēt, Ecclesiastæ sunt verbiq; diuini præcones; Qui in speculis collocati hostis aduentū obseruant, clamoreq; suo denunciant, vel in perpetua vigilia manentes, oculos suos nunquā statione sua deiiciunt, vel ut antesignani in acie cōstituti, prius animam amittunt, quàm de loco demigrent, vel tanquā emissarij agmen ad hostem varijs anteludis, velitationibusq; laceffendū præcedunt, Religiosorum sunt hominū ordines; Qui ab acie segregati cū hoste ad monomachiam descendunt, eumq; toto spiritu

ritu

riru
cum
glor
sunt
stati
arma
tati,
seu p
gene
cath
huiu
infer
tis sig
quor
bolū
eorū
Impe
mina
cram
tifer
bus ip
Conf
& co
corro

riru, ingentique animo aggressi, cum immortali inuicti roboris gloria prosternunt, Anachoretæ sunt; Gregarij, siue classarij, siue stationarij, siue leuis, siue grauis armaturæ, siue hastati, siue scutati, seu equites & cataphracti, seu pedites seu cuiusuis alius aut generis, aut ordinis, Christiani catholici sunt, q̄ per amplissimū huius orbis cāpum diffusi, cum inferorum manu copijsq; collatis signis, totis virib⁹ depugnant; quorum omnium tessera & symbolū character ille est, quo sunt eorū animi insigniti, tunc, cū Imperatori suo in baptisate nomina dederūt, eique solemni sacramento se obstrinxerunt; salutaris deinde crucis nota frontibus ipsorum impressa, quādo in Confirmatione ad pugnam sunt & conflictum à cœlesti spiritu corroborati. Arma: fides, spes,

E 3 cha

charitas, cæteræq; virtutes cum his tribus, necessitudinis quodam vinculo copulatæ. Enses, quibus hostem feriunt atq; cõuulnerant, gladius ille anceps, quod est verbum Dei. Machinæ quibus muros quaterere ac subruere nituntur, preces sunt, ieiunia, elemosinæ, aliæq; pietatis exercitationes. Commeatus, sacrosancta Eucharistia. Sauciatorum in prælio pharmaca, pænitentia, & extrema unctio. Interfectorum cætorumq; redintegratio, Ordo & Matrimonium. Finis, victoria. Præmium, beatitudo. Illa rursus

- Matth. 21.* *regnum cælorum civitas super montem posita,*
4. 5. 13. 15. *pretiosus thesaurus, Patris æterni satio*
20. *sive plantatio, vinea Domini, domus*
Act. 4. *spiritualis, regale Sacerdotium, genus*
1. Cor. 3. *sancta, populus acquisitionis, populus*
1. Tim. 3. *Dei ex tenebris erutus, & ad lumē ad-*
Eph. 1. *mirabile vocatus, spiritus Sancti tem-*
Heb. 12. *plum, columna, & firmamentum ve-*

ritatis, corpus Christi, caelestis Hierusa- *Apoc. 21.*
lem, sponsa Christi, casta purissimaque *2. Cor. 11.*
virgo appellatur. In eam impetu
summo peccatum mortiferum
incurrit, eamq; ludibrio & de-
decore afficit. Obelum inferna-
lem! O latiferum Draconem!

CAPVT XXII.

*Ecclesia benefactrix nostra magna ab
impio offenditur.*

Ecclesia, quæ, iuxta D. Am- *lib. 7. ep. 44*
brofium, super Apostolicam æ-
dificata petram manet, & inconcuſſo
aduersus impet^o seuientis ſali perſeue-
rat fundamine, & multa, & magna
in nos beneficia confert; Deo ſi-
quidē nos, per Baptiſmum, gene-
rat, lacte ſuo nutrit, blando ſinu
fouet, liberaliter educat. Tene-
bris ignoratiæ diſcuſſis, in intel-
lectu noſtro fidem, *qua tanquã ab Prou. 4 18.*
aurora lumen iuſtorum incipiens pro-
cedit, & vt ſapiens ait, ad perfectam
uſq; diē creſcit, hoc eſt, ſapientiam,

non huius seculi, nec principum huius seculi, qui destruuntur, sed sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, & quam prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram, explicat. Voluntatem virtute omni ornat, qua audiendo & faciendo supra petram ædificemus, & eos, qui audiendo tantum, & non faciendo ædificant super arenam, toleremus. Memoriam ad recolenda semper beneficia cœlestia, verbo prædicationis excitat. Potentiæ executrici non minus robur ad servanda diuina, & sua mandata, quam industriam ad cœpta perficienda, & prospero cursu concludenda impetrat, ad omne opus bonum incitat, torpescentes excitat, confirmat afflictos, jacētes erigit, laude bonos mulcet, malos terret, & ut nihil in vlla gratia desit, vires addens, diuineq; animos afficiens, ad perpetuam

petuam quandam crucē & corporis exercitationē (mortificationē vocamus) hortatur; utq; libidinib⁹ cæterisq; voluptatum illecebris bellum indicamus, cupiditates frangamus perpetuò monet; sicq; fructus in omni bonitate, & iustitia atque veritate progignit, ouesq; ex lupis, agnos ex leonibus, ex serpentibus columbas, ex agrestib⁹ & in fructuosis lignis cultas, & æternæ vitæ fructibus onustas arbores efficit. Et quando vita nostra præsens *Iob. 7. 1.* militia est, & nobis nõ secundum carnē, sed in virtute Dei, & potentia spiritus, sub vexillo Christi, contra hostes pugnandum semper est, omnem armaturam fortium habens, & mille insuper clypeos, arma nobis suppeditat, quibus possimus cornua portenti inferorum comminuere, Satanæque consiliis & furoribus oc-

currere, de peccatis, morte, & inferno triumphum agere, & vitam tandem illam beatam consequi, quæ, secretis malis omnibus, cumulata est honorum complexio. Atq; hæc tanta benefactrix ab impio offenditur. O impietas! O peruersitas peccat. mortalis!

CAPVT XXIII.

Qua pacto Ecclesiam Dei impius offendat

Prou. 1. 9.

*Ezech. 4.
13.*

Impius variis modis Dei Ecclesiam offendit, primò vt mater nostra est, quia legē eius, fide Baptisti fracta, dimittit. Secundò, vt sancta est, & in semetipsa iustificata, quia sanctitatē & iustitiam auerſatur. Tertiò, vt interpres est consilij Dei, diuinamq; autoritatē proponit, explicat, & vt ita dicam, fide pro Deo iubet, quia consilium malignantium sequitur, quod est amentissimum.

num. Quartò, vt Christi corpus est, quia membrum eius est infirmum, putridum, stupidum, & mortuū, adeoq; neq; cū Christo capite, neq; cum Ecclesia corpore, neq; bonis aptè recteq; coherens & connexum: Quin horrendo spectaculo matri quadam ratione, membrum vel defecat, vel alio modo lædit & cōuulnerat.

Et Prælati quidē oculum, concionator os, princeps humeros, nobilis brachia, diues manus, sacerdos stomachum, pauper ventrē, populus crura, plebs pedes.

Quintò, vt Deum, quemadmodū Tertullianus loquitur, *habet Magistrū*, quia semper discit, & nunquam ad scientiam veritatis peruenit, & si quid didicit, opere nō exequitur. Sextò, vt à spiritu sancto regitur, quē ideo antiquissimus Tertullianus *villicū Christi* *vicarium* appellat, quia carne non

Ad Scap.

2. Tim. 3.7.

Lib. de prescript.

E 6 spiritu

spiritu ducitur. Septimò vt spō-
 fa Christi est, quia ei in vera &
 viva fide nō despōatur, vesteq;
 proinde nuptiali ab ea accepta
 caret. Octauò, vt eam Dominus
 noster dilexit, & p̄ ea se tradidit,
 sanguinēq; suū fudit, quia illam
 non amat, nō colit, vitæq; ratio-
 nes suas eius cōformiter non in-
 stituit. Nonò, vt militans est in
 terris, & in mortalitatis stadio,
 pro corona decertat, quia Dia-
 bolo, mūdo, & carni militat. De-
 cimò, vt salubria pascua habet,
 quia Struthionis pascua quærit.

1. Cor. 3. 9. Undecimò, vt *Dei edificatio est*, iux-
1. Cor. 3. 12. ta D. Paulū, quia non edificat super
 fundamentū aurū & argentū, sed fœ-
 nū & stipulas, imò inordinatum a-
 morē sui, vsq; ad cōtēptū Dei. Ei,
 coronidis loco, cōmendo, quod
In Sermon. D. Bernard⁹ scriptum reliquit in
 hanc sententiā: *Omnino proditorem*
se esse noverit, quicūq; est ille, qui vitia
quali-

1. Cor. 9.
23.

1. Cor. 3. 9.
1. Cor. 3. 12.

In Sermon.

quali
 natu
 lunca
 lud C
 fit tib
 hæd
 rusq;
 de no

Impin
 stian

D
 a

ritate
 accep
 dij q
 ne &
 potes
 temp
 subdi
 sistun
 sibi q
 Eos q
 rant,

quolibet in hanc domū (Ecclesiam) conatur inducere; & templum Dei speculancam vult facere Demoniorū. Et il- *Matt. 18.*
lud Christi: Qui ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, in hōdis scilicet numerāus, iturusq; iter tenebricosum, illuc, vnde negant redire quenquam.

CAPVT XXIIII.

Impius offendit Rempublicam Christianam illiusque administratores.

DEos scilicet, qui mortalibus alijs, non naturā, sed auctoritate & potestate augustā à Deo accepta superiores sunt, vt potestates quidam terræ, qui Dei nomine & loco regunt, & quibus, ceu *Rom. 13. v.*
potestatibus sublimioribus obtemperando, omnis anima ita subdita esse debet, vt qui eis resistunt, Dei ordinationi resistāt, sibiq; damnationem acquirant. Eos qui modis omnibus laborant, vt subditi sui sincera fide,

recta conscientia, puro & incorrupto animo, religionem catholicam, quæ sola vera est, agnoscant & colant, Deique legem & præcepta sanctissima vigili cura servant, inque via iustitiæ & veritatis ambulent. Eos qui fidei catholicæ, ceu fidei assertores & vindices religionis libertatē indulgentia quadam non permittant, sed acerrimè, cum opus est, fieri que commodè potest, eos castigant omnes, quotquot vel veneno doctrinæ fidei veritatem aspergere, vel miscere & turbare omnia conantur, religioni enim incolumitate Reipublicæ salus nititur. Eos qui subditorum atque sibi obtemperantium animos civili societate coniungunt, otiumque & pacem inter eos, ut & concordiam retinent, & legibus sanctis, paci bellique negotia moderantur, ego

nos
 &c.
 licu
 pro
 pro
 rant
 unt
 dign
 gistr
 sta i
 & n
 & in
 iuris
 virt
 lum
 suis
 unt
 litu
 men
 um
 doq
 ut v
 & fa
 ti ta

nos & calamitosos defendunt,
&c. Eos qui iustitiã colunt, pub-
licumque & commune bonum
procurant & cõservant, patriam
protegent, omnique metu libe-
rant, suum cuiq; ex æquo tribu-
unt, in præmiorum, honorum,
dignitatum, ac publicorum ma-
gistratuũ æqua partitione; in iu-
sta item pœnarum ab improbis
& nefarijs hominib. exactione,
& inter litigãtes disceptantesq;
iuris æquitate. Quos deniq; qui
virtutibus alijs ornati, veluti sol
lumine & motu mundo, ita ipsi
suis vitam & salutem imperti-
untur; vel sicut imago & simi-
litudo quædam diuinum nu-
men in terris repræsented, De-
umque in regendo gubernan-
doque imitatione exprimunt,
vt vitam Reipublice concilient,
& salutẽ sempiternã. Iam tan-
ti tamque benefici Reipublice
mo-

moderatores peccato mortali
adeoque impio offenduntur. O
monstrum immensum horrore
& deformitate omnia alia vin-
cens! O indomita fera, quis au-
vitam tibi adimat, aut ferocita-
tem tuam coerceat!

CAPVT XXV.

*In quo peccator Reipublica Christiana
moderatores offendat?*

INeo, quia illis, vt & legibus,
quas in conscientia quoq; ob-
ligantes condere possunt, quem-
admodum debet, nō subijcitur,
Deiq; adeo ordinationi resistit;
licet enim pacem & tranquillita-
tem externā Reipublice Chri-
stianæ, quam rectores illius cu-
rant, non perturbet fortè, pieta-
tem tamen omnem, quam ex di-
uina lege ijdem quoq; spectant,
& ob oculos perpetuò positam
habent, negligit. Lex illa his
verbis

Rom. 13. 1.

verbis D. Pauli continetur: *Ob- 1. Tim. 2. 1.*

secro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate; hoc enim bonum est, & acceptum coram servatore nostro Deo. Quid quod ille pietatem Deique legem & præcepta sanctissima vigili cura servare ipse, & ut subditi quoque sui accuratè illa servent, modis omnibus laborare debet; Id quod impius in postremis habet. Obsecratio item, oratio, postulatio, gratiarum actio, pro Reipublice administratoribus à D. Paulo imperata, à peccatore prætermittitur; quin neque rectè utiliterque ab eo suscipi potest; eos ergo offendit, legiq; D. Pauli aduersatur. Præterea peccata, quæ
 homo

homo impius admittit, in Re-
publicæ moderatores influere
liquando, exemplo, possunt,
solēt, eos ergo lædit & offendit.
Rursum, qui Deo non paret,
impius non paret, fieri facit
potest, vt neque Rectori com-
munitatis obtemperet, cui
obedienciæ Deo debita pars
quædam gubernatoribus præ-
stita obediencia, sicq; sceleribus
suis Reipublicæ otium & tran-
quillitatem peruertat: quô
ritô superior offenditur; sicut
& eo, quod impius sibi aditum
præcludit ad laudem & hono-
res, quos ex officio aliâs digni-
tribuere solet; id quod non exi-
guum etiam dolorem & mole-
stiam ei afferre consuevit. At
tandem, si nihil horum suppe-
teret, vel eo superiorem Re-
publicæ Christianæ peccator of-
fendit, quod Deum ille, à quo

cum p
publ
nota
soleat
Eleph
increb
uatur
vitio
tandem
derato
runt,
ingrat
ti lam
dum,
stigma
infam

Pr

HO
te
littus e
endam

eam potestas administrandi Rē-
publicam diuini amoris insigni
nota manauit, grauius offendere
soleat; Ingratissimi aliās, & inter
Elephantes scribendi, de quibus
increbuit, genua habere ad cur-
uaturam enodia, & ad flexum
vitiō naturæ inepta. Beneficia
tandem, quæ Reipublicæ mo-
deratores in peccatorem confe-
runt, ne peccet, mouent quoq;
ingratitude aliās nota, cāden-
ti lamina per frontem vitulan-
dum, vt dediscant alij eam, in
stigmatia probam, in probro
infamiam spectantes.

CAPVT XXVI.

*Proximus mortali peccato of-
fenditur.*

Homo nudus & inops ex v-
tero, quasi ex naufragio in
littus eiectus, reb. omnib. ad tu-
endam vitā necessarijs sic desti-
tutus

tutus est, vt si aliena ope & præ-
 fidio careat, necessariò illi peun-
 dū sit. Ratio, qua sola ad se tuen-
 dū reliquis animantib. multò est
 instructior, data illi quidem est
 sed eius vsus initio negatus est.
 Habet & manus, quibus neces-
 saria vitæ cōparare possit, qui-
 tamen tempus benè longum ad
 id requirunt, interire illum pri-
 us necesse est, quàm sibi vt vnus
 ad omnia sufficere possit. Esto
 verò firmioribus sollicitam eam
 ille non imponat curam, à fera-
 rum tamen hostiumq; aliorum
 incurfu, se, sine ope alterius, tu-
 eri satis non potest: *Solitariae ma-
 nus*, ait Euripides, *inualidae sunt
 manus*. Ac licet periculum ille
 hoc quoq; per se declinare pos-
 set, contra inclinationem tamen
 naturæ, dono loquendi, & di-
 stinctè audiendi, à natura col-
 lato, non vteretur, quandoqui-
 dem

dem
 misce
 diret
 tabul
 les lo
 artes
 perier
 tuo,
 & inf
 foret.
 rumq
 tenet
 esse p
 gnitio
 entia
 pis se
 randi
 putet
 qua ta
 fit. S
 culat
 uenit
 exigu
 in aliu

dem nemo esset, quo cum verba
misceret, quemq; loquētem au-
diret. Ac cū homo rudis etiā,
tabulæque rasæ instar, vt Aristo-
les loquitur, in lucem edatur, &
artes doctrinâ magis, quàm ex-
perientiâ comparentur, perpe-
tuo, vel longo tempore, miser
& infelix, sapientia destitutus
foret. Iustitiæ insuper, cætera-
rumq; virtutū, quarum studio
tenetur, nullus absq; socio vsus
esse potest. Vsus autem? neq; co-
gnitio vera; deest enim experi-
entia & occasio, quasi lydius la-
pis seipsū tentandi atque explo-
randi: Quare fieri potest vt ipse
putet aliqua se virtute potiri, à
qua tamen quam longissimè ab-
sit. Sola meditatione atque spe-
culatione ad virtutē nemo per-
uenit. Nullus etiam illarum vel
exiguus est vsus; non charitatis
in aliū, quia ab illo seiunctus est;
non

non obedientiæ, nemo cum sit
 cui obtemperet; non mansuetu-
 dinis, quod nemo quoque sit
 qui ei iniuriam afferat; non be-
 neficientiæ; nemo enim, ut po-
 nimus, ad est, qui eius ope indi-
 geat; non humilitatis, si quidem
 neminem habet, cui se demisso
 subijciat, &c. *Quod si quis dicat, ait*
S. Basilius, ad componendas animi
sui affectiones, moresque rectè insi-
tuendos sufficere sibi diuinarum li-
terarum doctrinam, is similiter facit,
ut si quis disceret edificare, neque un-
quam tamen edificaret, & as cudere,
& quæ didicisset, ea in actum nun-
quã deduceret? &c. Idem ferè de
 vitijs quoq; dici potest, quibus
 cum desit materia, neque co-
 gnosci an insint, neq; extirpari
 eradicarique possunt cum ad-
 sunt. In pugna tandem, quæ no-
 bis cum hostibus perpetua est,
 focij auxilio opus habet, à quo
 doctrina

*Reg. 7.
 fuse disp.*

doctri
 adiuu
 defenc
 oratio
 tari,
 ploqu
 um in
 tantaq
 ximus
 lerabil
 mortal
 pens v
 etiam
 tibi qu
 interfi

Quom

Do
 qu
 est, or
 cōtiner
 ximū tu

doctrina instrui, cohortatione
adiuari, solatio erigi, auxilio
defendi, feruore inflammari,
oratione fulciri, virtute susten-
tari, zelo etiam argui, exem-
ploque ad omne virtutis studi-
um incitari possit. Iam cum tot
tantaque homini beneficia pro-
ximus conferat, mirum & intol-
erabile prorsus est, peccato
mortali eum offendi. O ser-
pens venenatissime, authorem
etiam ipsum, cum proximus
tibi quisque sit, inficiens atque
interficiens.

CAPVT XXVII.

*Quomodo peccator proximum suum
offendat?*

Domini præceptum est, vt
quis proximum suum, hoc
est, omnem hominem diligat. Id
cõtinetur his verbis: *Diliges pro-* Matt. 22
ximum tuum sicut te ipsum. Et his alijs 39.

D. Io-

I. 4. c. 21.

D. Ioannis: *Hoc habemus mandatum à Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum, adeoque proximum suum. Diligat autem eum, ut D*

22. q. 25.
ar. 2.

Thomas explicat, ut in Deo sit & ut cum Deo regnare possit. Diligat item eum *non verbo tantum, & lingua, quemadmodum*

I. 3. c. 18.

D. Ioannes docet, *sed opere & veritate, ut qui rationis ductum non sequitur, homoque adeo non est rationis usum cōquirat, homoque ex bruto fiat, & qui in foribus peccatorum est, non fordescat adhuc, sed emundetur ab illis. Audi S. Chrysostomum.*

*In hom.
de S. Philog.*

Non est alia res, inquit, quæ perinde declarat doceatque quis sit fidelis, & amans Christi, quam si fratrum curam agat, proque illorum salute gerat sollicitudinem. Id quod fecerunt sancti Dei, quorum exempla, quia doctis & indoctis nota sunt, enumerare necesse non est. Iam

salu-

salute
ne pe
plis la
ceu p
cendu
sive q
videri
vel p
iam v
arius
minu
homi
quant
fit, ce
ferè e
peccar
emplu
hac si
qui tet
ea; &
bo indu
dedit p
fer) &
tia illo

salutem proximi sui promouet
 ne peccator? remouet, exem-
 plis scilicet pessimis suis, quæ,
 ceu penetrabilia tela, ad sedu-
 cendum vim maximam habent;
 siue quòd cò minus iam malum
 videri incipit, quò vel vnus,
 vel plurium illi similium. v. su-
 iam vulgatus, & quasi famili-
 arius fit; siue quòd hæc sit ho-
 minum natura, vt sui similes
 homines libenter & facile se-
 quantur. Quæcunque causa
 fit, certè hoc constat, nullum
 ferè esse acriorem stimulum ad
 peccandum, quàm prauum ex-
 emplum. Quod à sapiente
 hac similitudine indicatum est:
qui tetigerit picem, inquinabitur ab
ea; & qui communicauerit super-
bo induet superbiam. Exemplum *Ecclè 13. 11.*
 dedit prauum Lucifer (tenebri-
 fer) & momento temporis ter-
 tia illorum pars rebellare Deo
 E est

est aſa. Iudæi Ægyptiorum quibus cum vixerant, ritus & ſacrificia, ſic impreſſa ſibi animo habebant, vt Deus ad cauendam impietatis & ſuperſtitionis imitationem, ſacrificia alia & ritus alios inſtituere voluerit nimirum vt occupatione ea diſtenti, exemplis, quæ in Ægypto viderant, cogitandis, vacare non poſſent. Exemplum malorum naufragijs ſœdiſſimis infame eſt. Itaque rectè D. Hieronymus: *Procliuſ eſt malorum imitatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imiteris vitia.* Præuis igitur ſuis exemplis peccator proximum ſuum, quem diligere iuuareque in bono debebat, peruertit. Væ illi, vt & ei per quem ſcandalum venit, Diabolo flagitioſioribus, & Mertzentio crudelioribus.

Ep. ad ſal.

Procliuſ eſt malorum imitatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, cito imiteris vitia. Præuis igitur ſuis exemplis peccator proximum ſuum, quem diligere iuuareque in bono debebat, peruertit. Væ illi, vt & ei per quem ſcandalum venit, Diabolo flagitioſioribus, & Mertzentio crudelioribus.

CA.

CAPVT XXVIII.

*Quomodo peccator seipsum
offendat?*

Quod peccatum mortale ho-
minem ipsum, qui eo se a-
stringit, lædat & offendat, ratio
ipsius demonstrat, & acciden-
taria eius differentia, qua, iuxta
D. Thomam, vnum peculiari-
ter & propriè Deum, proximū
aliud, & peccantem nonnullum
lædere offendereque dicitur. Et
corpus quidem auctoris lædit &
offendit, quia illud multis ac
varijs modis debilitat, vulnerat,
morteque tandem conficit, vt
experientia ipsa quotidiana ni-
mium quàm vere, proh dolor,
demonstrat. Animæ deinde ra-
tione, ideo quoq; peccatū mor-
tiferum auctore lædit & offen-
dit, quia synderesi eius aduersa-
tur, vt & rationi, seu legi & cōsci-
entia,

1.3.9.72.
47.2.

entia, tollitque adeo peccatū
hoc illa omnia, quæ, diuino &
immortali beneficio, eum indu-
cunt, & propemodum cogunt
ad complectendum bonū, vir-
tutemque sectandam, hoc ipso
quo non obstantib⁹ illis, homo
peccato mortifero se alligat; sic
que ad similitudinē Dei condi-
tus, iumentis similis efficitur
quandoquidē vt illa, sensum so-
lum & carnē sequitur, illorum
seruuseuadit, iuxta illud D. Petri

2. c. 2. 19.

cap. 8. 34.

*A quo quis superatus est, huius
seruus est. Et illud D. Ioannis: qui
facit peccatū, seruus est peccati. Quo-
iam quæso seruitus hac grauior
& acerbior esse potest? sanguis
Christi redemptus est, & iuratum
sini hostis mancipium efficitur.
O peccatū cane peius & angu-
fugiendum. Atq; hæc de libro
primo, eoq; adeo qui pec-
cato offendi-
tur.*

DI
TA
PLIB
Grau
tal
affHo
mus,
ditur,
uitate
sequit
dine s
D